

CAPVT VIII.

TITVLI NONNVLLI IVS CIVITATIS
ILLVSTRANTES.

1976 I. o. m. | pro salut. | imp. Caesaris | Traiani | Hadrian. Aug.
| Aelii Car[ni]¹ | cives Romani.

In valle Savi fluminis, Straschae prope Gurkfeld, in regione Pannoniae contermina Italiae (III 5945 vidit Mommsen). — 1) CARI/// exceptit Mommsen, sed tam vestigia quam spatium lectioni GARNI convenire adnotavit. Dixit de hoc titulo Mo. C. III p. 496.

1977 C. Iulius Vepo donatus | civitate Romana viritim | et immunitate ab divo Aug., | vivos fecit sibi et | Boniatae Antoni fil. coniugi | et suis.
Celeiae in Norico (III 5252 vidit Mommsen).

1978 P. Cornelio | Q.¹ Macro | viritim a divo | Claudio civitate donato, | quaestori, Ilvir. | ex testamento ipsius. | . . Quintius Capito | cum Q. f. h. p.²

In Lusitania non longe a Portalegre, ubi videtur fuisse Ammaia (Ptol. 2, 5, 6 cf. Plin. h. n. 57, 2, 24), rep. a. 1797 (II 159 semel descripta). — 1) Quirina. — 2) Cum Quinto filio heres posuit.

1979 T. Flavio Castoris | f. Cyr.¹ Alexandro | civitate donato ab | imp. Caes. Vespasiano, | f. Hermes lib.

Zenzibar Kalessi, ubi fuit Palaea Isaura (III S. 6785 Mommsen videt ectypum). — 1) Intellege: Quirina.

1980 C. Iul. Mygdonius | generi Parthus, | natus ingenuus, capt. | pubis aetate, dat. in terra | Romana¹: qui, dum factus | cives R., invente fato collocavi arkam, dum esse | annor. L. Peti² usque a pubertate senectae meae³ perveni[re]; nunc recipe me, saxe, libens; | tecum cura solutus ero.

Ravennae, litteris saeculi p. Chr. primi (XI 157 vidit Bormann). — Menda orationis non magnopere offendunt in titulo positu ab homine peregrino (Huebner Herm. 10 p. 406). — 1) Datus (i. e. venumdatus) in terram Romanam. — 2) Id est: petii, 3) ad senectam meam.

1981 Apollini Aug. | municip[es] Igabrenses | beneficio | imp. Caesaris Aug. Vespasiani | c. R. c.¹ cum suis per h[onore]m | Vespasiano VI cos.², M. Aelius M. fil. Niger aed. | d. d.